



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 27. Leges contra Hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

In Æthiopia, qua Ægypto contermina est, Blemiani & Nobates Romanorum Tributarii præter Deos alios Isidem, Osirim, & Priapum adorabant. Blemiani humanas victimas Solis honoribus jugulare solebant. At Narses, cum ibi exercitum haberet, jubente Justiniano destructis templis, & Sacrificulis in vincula conjectis, Idola Constantinopolim misit.

Sæculum VI.
A. C. 531.
Id. I. Pers. c. 19.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Justinianus ereptas Hæreticis, quas habebant, Ecclesias omnes Catholicis reddidit. Anno tertio Regni sui Indictione octava id est 530. Paganos & Hæreticos severissime perquiri jussit, eorumque Bona Fisco addixit. Macedonius Referendarius, & Asclepiodotus olim Præfectus, accusabantur, quod Pagani essent. Asclepiodotus timore percussus factus est Christianus, atque haud diu postea vitam posuit. Pegasus Heliopolitanus cum Liberis suis judicium subire coactus. Craterus Patricius, Thomas Exactor alique comprehensi, & omnes A catholici terrore repleti. Jussit quoque Imperator, ut soli Catholici exclusis Paganis & Hæreticis Munia publica obirent, iisque trimestre ad deliberandum, num convertere se vellent, concessit.

Theoph. an. I. p. 150. id. p. 153.

Sæculum VI. Erant qui Justiniani zelum avaritia mix-
 A. C. 531. tum dicerent, quia ereptas privatorum
Proc. Anecd. facultates in suum ærarium conferebat;
 c. II. sed Ecclesiarum Bona Hæreticis adempta
Pelag. ep. 10. opulentissimæ. Magnum illæ Ecclesiæ
 to. 5. vasorum Sacrorum & Rerum mobilium
Conc. p. 798. pretiosarum thesaurum possidebant; mul-
 tos agros domosque habebant, quarum
 largis redditibus privati multi etiam Ca-
 tholici sustentabantur. Fuere præterea,
 qui dicerent, multorum conversionem
 præmature & metu extorqueri, inde nasci
 multos hypocritas & transfugas, qui ad
 exteras Regiones migrarent. Sæpe etiam
 rudissimi Seditionem movebant. Aliqui
 superante desperatione sibi ipsis violentas
 manus inferebant. Montanistarum ali-
 qui in Phrygia se ipsos in suis Ecclesiis in-
 cluserunt, & subjecto manibus suis igne
 conflagrarunt. (**)

Justinianus etiam Astrologos persecu-
 tus est, nam quidam Senes Constantino-
 poli

(*) Hier und sonst hundertmal setzt der Ueberset-
 zer das Wort: rechtgläubig an statt katholisch.
 Dieser Fehler ist erheblicher, als man denkt, denn
 er machet einen Protestantischen Leser irre, daß er
 nicht beobachtet, es wären niemalen andere die
 Rechtgläubigen als die Katholiken genannt worden.

(**) Nimius Justiniani in Hæreticos rigor fuisse
 videtur.

poli camelis impositi & ob hoc solum cri-
 men ludibrio habiti. Leges severissimas
 contra blasphemantes & impudicos di-
 versis Regni sui annis edidit. Anno Im-
 perii secundo ipso jubente severe puniti
 fuere Isaias Episcopus Rodensis & Ale-
 xander Episcopus Dispolitianus in Thra-
 cia ob scelera, quæ genus humanum ab-
 ominatur, depositi & in statum Laicorum
 redacti. Mutilati per Civitatem deducti
 sunt clamante Præcone: *Episcopi! nolite
 inquinare habitum vestrum Sacerdota-
 lem!* multi alii pudendæ veneris graves
 pœnas dederunt, quod magnum terro-
 rem omnium animis ingessit. Lupanaria
 præsertim in Civitate Constantinopolita-
 na claudi jussit, & Monasterium sæmina-
 rum pœnitentium collatis magnis rediti-
 bus fundavit.

Sæculum VI.

A. C. 531.

Nov. 77.

Theoph. p.

151.

Nov. 14.

Procop. 1.

ædif. c. 9.

§. XXVIII.

Samaritanorum Seditio.

In Samaritanos idem rigor ac in alios
 Hæreticos adhibitus in Palæstina hor-
 ridæ Seditionis causa extitit. Cæsareæ
 quidem & in aliis Civitatis multi Chri-
 stianam Religionem amplexi sunt, aliqui
 bona, plures autem simulata fide, maxi-
 me indignati, quod sibi vis inferretur.
 Non nulli ad Manichæos aut ad Paganos
 defecerunt. Qui vero agros colebant
 seditiose congregati Mense Majo anno